UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Capvt Qvartvm

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

Visual Library

Et operti ſunt ſaccis & homo & iu-
mentum, & clamauerũt ad Deum
in fortitudine, reuerſiq; ſunt quiſ-
que a uia ſua mala, & ab iniquitate,
quæ in manibus eorum, dicentes.
Quis nouit ſi cõuertatur, et pœnite
at Deum, & quieſcat a furore indi-
gnationis ſuæ, & non pereamus?
Et uidit Deus opera eorum, quod
reuerſi erãt a uiis ſuis prauis, & pœ
nituit Deũ mali quod locutus erat
ut faceret illis, & non fecit.

CAPVT QVARTVM

AT eam Dei clementiã, dolen-
ter admodũ tulit Iona, & pro
pterea ſuccenſuit, ac depreca
tus eſt dominum & dixit, Obſecro
Domine, nõne hoc uerbũ meum

quom adhuc eſſem in terra mea ,
propter quod & præueni, ut fuge
rem ad mare , quoniam noui ꝙ tu
Deus miſericors & miſerator , lon-
ganimis aut lentus ad iram & mul
tæ miſerationis & pœnitẽtię ſuper
malo , & nũc domine, ſuſcipe quæ
ſo animam meam a me , melius eſt
enim mihi , quam uiuere, mori. Di
xitq; Dominus , num iuſta iracun-
dia tua ? & egrediebatur Iona ex ur
be, & ſedebat e regione urbis , &
fecit ſibi illic umbraculum , ſeditq;
ſub eo ſub umbra , donec uideret
quidnam urbi accideret. Parauit au
tem Dominus Deus uitem albam,
& fecit aſcendere ſuper Ionam ,
ut præberet umbram capiti eius ,
ut eriperet eum a malo ſuo , & ga-

uiſus eſt Iona ob uitem albam gau
dio magno. Parauit autem ſubin-
de Deus uermem, quom aurora
mane illuceſceret, & percuſſit uitē
albam, & aruit. Et contigit, ut or
to primum ſole Deus pararet uen
tum urentem orientalem, & attigit
ſol caput Ionæ, adeo ut exanimis
redderetur, et animæ ſuæ mortē de
precaretur, & diceret, Satius mihi
eſt mori quā uiuere. Dixit porro
Deus ad Ionā, num iuſte ſuccenſes
uiti? qui reſpondit, iuſte ſuccenſeo,
uel aduſq; mortem. Dixitq; domi
nus, tu ſuccēſes propter uitē cā-
didā, quæ neq; tuo labore produ-
cta eſt, nec in magnitudinem cre
uit. Cæterum, ut una nocte orta
eſt, ſic una nocte periit. Et ego non
miſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſerante affectu tangar erga Nine
uen, ciuitatem magnã, in qua ſunt,
ultra centum & uiginti millia homi
num, qui non nouerunt diſcernere
inter dextrum & ſiniſtrũ, & iumen
torum copia?

FINIS

VOlunt nonnulli, è quorum numero eſt Hierony-
mus, Ionam prophetã, uiduæ in Sarphat apud
Sidonem fuiſſe filium, quæ Heliam prophetam tempo
re famis nutrierat. 1. Reg. Cap. 17. & Lucæ. 4. hoc for Iona unde
taſſe inducti argumento, quod ſeipſum hic filiũ Ami natus.
thai nominet, hoc eſt, filiũ Veracis, cum mater ſua
ad Heliam dixerit, eo iam à morte excitato Nunc in
iſto cognoui quoniam uir Dei es tu, & Verbũ in ore
tuo uerum eſt. Horum quidem ſententiæ ego non
ſubſcribo. Sed patrem eius dictum Amithai nemo fa-
cile negabit, qui latinis eſt Verax, fuitq; natus de Gad
Hepher, quod oppidũ in tribu Zebulon ſitũ eße, teſti
monio eſt Ioſua Cap. 19. Ita enim poſteris proditum
eſt. 2. Regnorum Capi. 14. Hieroboam reſtituit termi
nos Iſraël ab introitu Emath, uſq; ad mare ſolitudinis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN